

nem diuinam, quae significat istas res visibiles destinatas esse non ad vsum physicum, sed ad vsum spiritualem secundum Christi institutionem. Ita Paulus exponens propositionem sacramentalem Christianorum, nominat panem et poculum benedictionis,²²¹ et in hanc sententiam plane loquitur antiquitas
5 vt Augustinus: „Accedat verbum“, hoc est ordinatio Christi, „ad elementum et fit sacramentum.“²²²

VI. Sicut antiquitas optime dixit in sacramento duo esse, rem terrenam et coelestem,²²³ ita duplex manducatio sacramentalis videlicet symbolorum et spiritualis, videlicet corporis et sanguinis Christi, duplex etiam nobis cum
10 Christo vnio, spiritualis cum ipso et tota diuinitate, quae vltima est, corporalis cum ipso vt cum mediatore, cuius corpori fide per Spiritum sanctum inse-
rimur, vt per hoc medium toti diuinitati vniri possimus, et huius vnionis prae-
cipue σφραγις est iste coniuctus. Sed hic serio vrgemus partem aduersam, demonstrent nobis testimonii antiquitatis duplarem esse manducationem
15 veri corporis Christi. Imo vnica tantum est, quae fit fide. Impiis vero veteres
tantum ascribunt manducationem sacramentalem. Hinc est illa exceptio:
Iudas comedit domini corpus sacramentotenus. Item comedit corpus domini,
non dominum. Quare videat Narcissus, quomodo [77:] suam chymaeram de
triplici manducatione tueatur.²²⁴

20 VII. Sacraenta sunt sigilla iustiae fidei et praesertim ad sacram coenam non admittuntur illi, qui sese non possunt explorare. Porro ad explorationem vel poenitentiam opus est cognitione doctrinae. Catechumeni igitur nondum recte instituti in doctrina merito arcentur ab vsu coenae et a spectaculo etiam, ne concipient alienas opiniones, pontificias vel Vvestphalicas de ritu, quem
25 nondum intelligunt et pertinebat hic mos, qui est quid ἀδιάφορον tantum ad disciplinam.

VIII. Opponitur nobis tanquam Gorgon²²⁵ Confessio Augustana. Sed profite-
mur nos recipere phrases confessionis in hoc intellectu sicut eas declarauit
30 autor. Declarant vero eas hae propositiones: Christus retinet veram naturam
humanam, Christus est physica locatione in coelo, Christus adest vt in mini-
sterio, adest propter hominem, non propter panem.²²⁶ Propositio „Christus
est in nobis“ intelligenda est per Communicationem Idiomatum eaque tan-
tum est dialectica, non physica. Verum est igitur vescientibus in sacra coena

²²¹ Vgl. I Kor 10,16.

²²² Augustin, In Iohannes evangelium tractatus LXXX, 3, in: PL 35, 1840 (CChr.SL 36, 529,5f).

²²³ Irenäus von Lyon, Adversus haereses IV, 18,5, in: PG 7, 1029 (FC 8/4, 146,10f).

²²⁴ Mit „Narcissus“ scheint Tilemann Heshusius gemeint zu sein, der im Zweiten Abendmahls-
streit zusätzlich zum doppelten Empfang der irdischen Elemente und der geistlichen Gaben, den
auch Curaeus vertrat, den Empfang von Leib und Blut auch durch die Gottlosen vertreten hatte.
Vgl. hierzu Krüger, Empfangene Allmacht, 34–36. Zur mythischen Gestalt des Narkissos vgl.
Jan N. Bremmer, Art. Narkissos, in: NP 8 (2000), 712f.

²²⁵ Zu den mythischen Gestalten der Gorgonen, die durch ihren Blick töten konnten, vgl. Jan N.
Bremmer, Art. Gorgo, in: NP 4 (1998), 1154–1156.

²²⁶ Vgl. Philipp Melanchthon, Iudicium de coena Domini (1560), in: CR 9, 962 (MWA 6, 485,
12–15).